

- monasterii S. Mariae (Farfensis) terram cum oliveto in loco qui appellatur Valerianus sitam et colonos ibidem residentes. 'Temp. Gisulphi . . a. ducatus II, . . ind. XIV'. Reg. Farf. 50; Troya 751. **316**
- Febr. 5. Luca. Alamund abbas monasterii S. Petri in Campo Maiure et Peredeus episcopus (Lucensis) faciunt inter se cambium casarum massariciarum. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 35 no. 26; Barsocchini V, 2, 44 no. 70 quaedam emendat; Troya 755. **317**
- Febr. In vico Campulo. Blanco et Ursicino, filius eius, donant ecclesiae S. Benedicti in vico Campulo omnes res suas. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 44 no. 70; Troya 754. **318**
- Febr. In civ. Reatina. Gisolphus dux (Spoletinus) 'cum Gunperto misso regis atque reliquis iudicibus, hoc est Teutone episcopo, Alfrido gastaldio de Reate, Heleutherio de Noceria gestaldio' et aliis iudicatum facit inter Alfridum exercitalem et Iohannem monachum (Farfensem) de ecclesia S. Anthimi 'in casale qui dicitur Acutianus' a maioribus Alfridi aedificata, quae S. Mariae (Farfensi) adiudicatur. Reg. Farf. 53; Fatteschi p. 267 no. 15; Troya 756. **319**
- Mart. 25. In loco Veneria. Sundebadus 'qui et Alipertus, filius Barbuli exercitalis, habitatoris civitatis Reatinae' donat monasterio S. Mariae (Farfensi), 'ubi Halanus abbas esse videtur', omnes res suas 'in Criptulam' sitas. 'Temp. Gisulphi ducis a. VI. (l. II.) per ind. XIV. et v. m. Alfrido gast.' Reg. Farf. 54; Troya 758. **320**
- Mart. 25. Brixia. Godolus subdiaconus vendit solidis 4 Anselpergae abbatissae ius canalís per suam terram ad monasterium S. Salvatoris Brixianum perducendi. 'Desid. et. Adel. a. V. et II'. Apogr. s. XI. bibl. Quirin. Brix. — Muratori, Ant. I, 667; Troya 759; Hist. patr. mon. XIII, p. 43 no. 21. **321**
- Mart. 25. Brixia. Valerianus et Liodoaldus habitatores civitatis Brixianae concedunt Anselpergae abbatissae ius aquae per terram suam ad monasterium S. Salvatoris perducendae, pro qua concessione accipiunt 'launichild, secundum legem suam', solidos 6 et tremisses 2. Apogr. s. XI. bibl. Quirin. — Muratori, Ant. III, 761; Troya 760; Hist. patr. mon. XIII, p. 45 no. 22. **322**
- Mart. In loco Malliano. Audo tradit monasterio S. Mariae (Farfensi) casam suam 'cum oratorio S. Eugenie in loco qui dicitur Mallianus' sitam, quam iam antea eidem monasterio tradiderat, quia cavallum de casa S. Mariae furatus compositionem solidorum 100 persolvere non potuerat, postea autem contra legem invaserat. 'Temp. Gisulphi a. ducatus II, ind. XIV. et m. v. Alifrido gast. civ. Reat'. Reg. Farf. 51; Galletti, Vestarario p. 88; Troya 757. **323**